

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Longa servitus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A perscrutationem eam significare, qua ipse corda hominum odoratur, eoq; spectare illud ex lib. Ite. 1. Sam. 21. *Ascendit fumus de naribus ejus.* Alibiq, in scris literis, odorari, cuius & indicium & instrumen- *Gn. 9.*
tum est nasus, placere significat. Ita Noë sacrificante *odoratus est Dominus Deus odorem suavitatis.* Lc. 9. 21.
hoc est, placuerunt illi sacra, quæ vir illæ probus obtulerat. Idcirco Lex hominem qui vel parvo, vel
magno nimis, vel obtorto naso fuerit, ab altari sancto summovet: ne scilicet accedat ad ministerium
eius. Tales sunt quibus vel pauca admodum habentur in Divinis institutionibus quæ ipsi probent,
vel quibus omnia nullo discrimine, tam bona quam mala placent, vel illi, quibus mala pravaq, tan-
tum placent, diceret Hesychius. Deinde ad Ranerium conversus: Scio vero conjectores super hac
parte multa commentos quæ tu recensere potes, Raneri, qui partem hanc tibi agendum suscepisti.
Libentissime, respondit RANERIUS. Et quando incidimus in nafum, ut ordinem sequar tuum, apud Reg. cap. 2.
Onirocritas, Urbane pater, eum qui se magno naso per somnum viderit, magna in rebus agendis Artem. l. t.
fagacitate prudentiæ fore promittitur. Hinc etiam emunatæ naris viros dici eos usitatum, qui acrit. 29.
funt judicio conficiuntur. D.l. c. 19.

MORS. CAP. XXVII.

*S*i vero aliquis morbo decumbat, & absque naso se imaginetur, futuram illi mortem inde praefagiunt: quod ea pars actum abit à cranio.

SERVITUS. CAP. XXVIII.

*U*t vero ad aures redeamus, id in primis jocofum est, quod apud eosdem Onirocritas habetur de auribus a-
sininis, quas qui se habere per somnum imaginatus fuerit.
servitutem ii atque ærumnas ingruere homini præfigunt: nisi fuerit is Philosophus, cui tantum eam speciem prospera
ominari tradunt, ob tardiorum aurum motum, quæ con-
tanter in hujusmodi animali moventur, quemadmodum
firmam esse debere Philosophorum auscultationem vo-
lunt.

LONGA SERVITUS. CAP. XXIX.

*Q*uin etiam humana aures apud eosdem Conjecto-
res, si servo homini plures accessibile visæ fuerint,
longæ sunt servitutis indicium: multa enim ostendunt ext're imperia, quæ somniatoris sit audi-
turus.

AMPLITUDO FAMILIAE. CAP. XXX.

*C*ontra vero, si paterfamilias is fuerit, qui plures habere se aures imaginetur, familia huic a- *Indidem.*
junct amplitudinem significari: propterea quod plures filios & servos dicto parentes sit habi-
turus.

LUCRUM. CAP. XXXL

*O*pificibus autem insomnium idem lucrum apportat: audiet enim multorum voces opera lo- *Indidem.*
cantum. Verum hæc & hujusmodi pleraq; ut ingenue fatear quid ego sentiam, ingenii humani
argutias potius ostendit, quam solidiorem ullam sapientiam disciplinam. His dictis ad te Patrue con-
versus addidit: Nunc tu autem, Urbane pater, si quid sacratus habes super auribus, in medium af-
ferre potes: Tum tu nihil contatus.

CONTEMPLATIO. CAP. XXXII.

*D*um de supercilio disputatum est, unum mihi videtur esse præteritum, per quod homo intelli- *Nempe com-*
gitur sublimum divinarumque rerum contemplatione detentus: propterea quod supercilia *muneum.*
eminentiori sunt loco sita, circaq; organa quæ sensum contineant, qui mentis agitatione moveantur, *Plin. lib. 1.*
Is vero nimis sedem habet in cerebro, Neque negarim apud profanos supercillum pro fastu po- *c. 37.*
tu, fastuosq; Supercilioseos dici.

OB E:



Artem. d.
e. cap. eod
ad Verbū

Art. ibid.

Conjectorū
varia saepē
aurib. com-
menta.